

keineswegs ohne Bedeutung. Während alle anderen Ableitungen der Gesta, soviel bisher erkennbar war, erst vom 11. Jahrhundert an aus jener entnommene Stücke darboten, zeigt jetzt die Uebereinstimmung von Villani mit der kleinen Chronik in einer Nachricht, die der Zeit Ottos III. angehört, dass die Gesta schon früher begannen.

Ich gebe hier aus der kleinen Kaiserchronik den Prolog, dann die Florentiner Lokalnachrichten, welche sich in den früheren Partien fanden, endlich von Heinrich VI. ab den Schluss vollständig.

Prologus in opusculo summorum pontificum.

Cogis¹ me, reverentissime pater, ut aliqua summorum pontificum gesta tibi innotescam. Ego vero, quamquam ingens sit labor, variisque negotiis occupatus, tamen tue paternitati parere desiderans, quicquid attingere potui ex cronicis Damasii pape, Pauli Romani dyaconi cardinalis, Bobini Sutriti episcopi, Eusebii Cesariensis, Ricchardi monachi Cluniacensis, Goctifredi Viterbiensis, fratris Vincentii Belvacensis², fratris Martini ordinis Predicatorum aliorumque plurium, qui hec amplissime scripserunt, tibi quam brevius potero in hoc libello adnotabo, incipiens a domino et salvatore nostro Ihesu Christo, qui primus fuit verus et summus pontifex, quem devotissime precor, ut mihi det gratiam hoc opusculum usque in hodiernam diem redigere tuoque desiderio satisfacere. Vale!

Primus et summus pontifex Ihesus Christus

CLXXXVII.⁴ Nicolaus III^{us} natione Romanus [de⁵ Ursinis] sedit annis II, mensibus VI, di. V. Hic bonus vir fuit et brevitatem temporis nil memoriabile fecit. Anno MCCLXXVIII. misit Florenciam dominum fratrem Latinum de Brancalonibus, eius nepotem, episcopum cardinalem Hostiensem et fratrem ordinis Predicatorum, ut pacificaret Guelfos cum Gebelinis. Iste fecit, quia eos concordavit et in pacem posuit; et fundavit ecclesiam sancte Marie Novelle ordinis eiusdem⁶, et ordinavit Florentie XIIIⁱ cives antianos, ut civitatem regerent, VIII videlicet Guelfos, VI vero Gebelinos, de sex mensibus in sex menses⁷; quod officium III^{or} annis perduravit. Hic

1) Die Initiale C fehlt. 2) Die Namen dieser Autoren sind sämtlich aus Martins Verzeichnis der von ihm benutzten Quellen (SS. XXII, 407 f.) abgeschrieben, der auch schon die corrupte Form 'Bobini' für Bonizo hat. 3) Initiale I fehlt. 4) Diese Ordinalzahlen der Päpste stehen immer am Rande, mit Mennig geschrieben. 5) Das Eingeklammerte ist mit anderer Tinte später hinzugefügt. 6) Cf. Giov. Villani VII, 56. 7) Ibid.: 'che gli otto erano Guelfi, e sei Ghibellini, e durava il loro uficio di due in due mesi'.